

Franckesche Stiftungen zu Halle

Adami Rechenbergi[i] Svmmarivm Historiae Ecclesiasticae

Rechenberg, Adam

Vitembergae, MDCCLXVII

VD18 12484725

Caput II De Scriptoribus Ecclesiasticis

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha55-1-213274

§. 8. Historia *singularis* appellari potest, quae relationem unius haeresis, concilii, controuersiae alicuius, episcopi et similium continet. Horum nunc scriptorum affatim magna est copia.

CAPVT II

DE

SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS

§. I.

Scriptores Ecclesiasticos, unde historia haec petenda, in tres classes describemus. Una est pure historicorum, altera apologeticorum, tertia dogmaticorum.

§. 2. Pure *historicos* appello, qui ex instituto res Ecclesiae consignarunt; ut ex antiquis sunt: Eusebius Pamphili, Socrates Scholasticus, Theodoretus Cyri Episcopus, Hermias Sozomenus Salaminicus, Theodorus Anagnostes, Euagrius Scholasticus; et ex Latinis: Rufinus Aquileiensis Presbyter, Sulpitius Severus, Magnus Aurelius Cassiodorius, etc. Vid. D. GVIL. CAVE Script. Eccles. Hist. Liter. Prolegom. Sect. VI.

§. 3. Inter *recentiores* primum locum meretur Nicephorus, Callisti filius, Graecus scriptor, qui sub initium seculi XIV. floruit. Hunc seculo superiori Reformatione Ecclesiae subsecuta, multi alii exceperunt. Quos b. D. SAGITTARIUS in Introductione in Hist. Eccles. enumerat atque describit. Vid. iam laudati CAVE Sect. cit. et SEV. WALTH. SLYTERI Propylaeum Histor. Christianae nuper publicatum.


§. 4. *Apologeticos* uocamus, qui pro Christianorum innocentia, olim apologias adornarunt; ut inter anti-


quissimos sunt, *Iustinus Martyr, Athenagoras, Tertullianus*. Plures in *Diss. nostra de Apologiis ueterum Christianorum* allegauimus. Ex his de uita, doctrina, moribus et calumniis, quibus Christiani olim a gentilibus onerati fuerunt, simulque eorum innocentia constat.

§. 5. *Dogmatici* nobis sunt, qui uulgo ob reuerentiam *Patres* appellantur, ac doctrinam Christianam scriptis publicis asseruerunt, eamque aduersus haereses ingruentes etiam defenderunt. Qui in *Graecos et Latinos* distinguuntur, inque classes iterum certas digeri possunt. Conf. D. IO. HOORNBECKII *Miscellan. Sacr. Libr. I.* et IO. FORBESII *Instruction. Histor. Theolog.* qui inde excerpta dedit.

§. 6. *Prima* est Ante-Nicaenorum, qui tribus primis seculis ante Concilium Nicaenum floruerunt, *Clemens Romanus, Ignatius, Polycarpus, Iustinus Martyr, Tatianus, Athenagoras, Irenaeus, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Tertullianus, Hippolytus, Gregorius Thaumaturgus, Dionysius Romanus, Theognostus, Dionysius Alexandrinus, Cyprianus*, quibus *Arnobius* et *Lactantius* sub initium seculi quarti uiuentes addi possunt. Hos omnes fidem Catholicam de SS. Trinitate amplexos esse, *Sam. Guardineus*, doctissimus Anglus, contra *Christoph. Sandium, Arianum*, asseruit.

§. 7. *Secunda* est Post-Nicaenorum tam Graecorum, quam Latinorum, qui a tempore Concilii Nicaeni, usque ad seculum septimum, Ecclesiam scriptis suis illustrarunt. Quorum numerus maior est. Sed doctiores seculo quarto, et sub initium quinti celebres fuerunt: Vt *Athanasius, Hilarius, Lucifer Calaritanus, Dionysius Areopagita, Damasus, Epiphanius, Optatus Mile-*





Mileuitanus, Ephrem Syrus, Basilius M. Gregorius Ponticus, Basilii M. frater, Gregorius Nazianzenus, Amphiloebius, Macarius Senior et Iunior, Ambrosius, Hieronymus, Philastrius uel potius Philaster, Rufinus Toranius, Pontius Paulinus, Aurelius Augustinus, Iohannes Chrysostomus. Ad V Sec. referuntur Aurelius Prudentius Poeta, Coelestius, Theodorus, Synesius, Cyrillus Alexandrinus, Paulus Orosius, Marinus Mercator, Theodoretus, Iohannes Cassianus, Hilarius Gallus, Vincentius Lerinensis, Socrates, Hermias Sozomenus, Nilus, Leo Magnus, Saluianus, Prosper Aquitanicus, Basilius Seleucus, Arnobius Iunior, Claudianus Mamertus, Remigius, Vigilius, Gelasius Afer, Gennadius Massiliensis, et plures alii, sed minoris famae. Sexto seculo incipiente, Fulgentius Afer, M. Aurel. Cassiodorus, Procopius Gazaenus, Facundus Hermianensis, Primasius Afer, Anastasius Sinaita, Gregorius M. Isidorus Iunior, et alii.

§. 8. Tertia classis est eorum, qui a seculo VII ad XII in Ecclesia celebres sunt. Vbi in Graeca, seu orientali Ecclesia plures numerantur docti, quam in latina iam barbarie inundata. Nam praeter *Bedam uenerabilem*, qui initio seculi VIII floruit, *Flaccum Alcuinum* Anno Christi *DCCLXXX* inclarescentem et paucos alios, usque ad *Bernbardum* sub initium seculi XII clarum, pauciores, inter Latinos; plures uero inter Graecos, eruditos Patres inuenies. Nam inter hos seculo IX *Iohannes Damascenus*, seculo IX *Photius*, seculo X *Oecumenius*, seculo XI *Theophylactus*, seculo XII *Theodorus Balsamon*, et alii. Post seculum XII Scholasticorum turba enata, qui *P. Lombardum* secuti Theologiam tricis philosophicis inuoluerunt. Hinc tot Sententiarum, Summularum, Facicu-